

ut maxime sunt in honore, ac veneratione.

14. Psalm. 107.

Eurhym. Chaldaeus.

15.

Math. 11.

Isai. 53.

D. Justin. D. Athan. D. Ambr.

Joan. 15.

16.

Math. 10.

1. Cor. 12.

Hebr. 2.

Tertull. D. Irenaeus. D. August.

17.

Origenes.

D. August.

It Regius Vates Psalm. 107. num. 2. Quis loquetur potentias Domini auditas faciet omnes laudationes. Chaldaicus legit, Omnes fortitudines ejus. Quod ad miracula refert Eurhymus; Et auditas faciet laudes ejus, id est, ut explicat ipse Chaldaeus, quia potest tot ejus mirabilia declarare, annuntiare, cum in numero, majestate, ac magnitudine excedat omnem intellectum creatum, quomodo ergo etiam intellectus ipse poterit aliquid de eis dicere.

Primò Miracula fuerunt necessaria ad fidem Christi introducendam, ac praedicandam in toto orbe, per Jesum Christum filium Dei Caput nostrum, ac per ejus Apostolos. Ideo cum Baptista mitteret discipulos, ut hanc veritatem ex Christi ore discerent, responsurum acceperunt: Caeci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur. Matth. 11. num. 7. ac si diceret, ea miracula facio, quae tanquam signa evidentia Prophetarum praedixerunt de vero Messia: de quo Isaias ait cap. 35. num. 35. Deus ipse veniet, & salvabit vos. Tunc aperientur oculi caecorum, & aures surdorum patebunt: tunc saliet sicut cervus claudus, & aperta erit lingua mulierum. Et ut praclare notarunt D. Justinus Martyr in Dialogo cum Tripitone, Et D. Athanasius de Verbi Incarnatione; & D. Ambr. in cap. Luc. 7. quia licet aliquis Propheta fecisset aliquod miraculum, nullus tamen fecit haec omnia simul, nisi solus Jesus Christus filius Dei unde optime ait D. Ambr. citatus, Argumentum Messiae ejus miracula. Et ideo Christus Dominus dixit Joan. 15. n. 4. Si non venissem & opera non fecissem, quae nemo alius fecit, peccatam non haberent; at nunc exconsationem non habent de peccato suo.

Sic, & necesse fuit ad praedicandam, ac introducendam fidem Christi in orbem, ut ejus Apostoli, ac discipuli facerent miracula, inde ait Christus Dominus suis Apostolis, Matth. 10. num. 78. Euntes praedicate, dicentes quia appropinquavit regnum caelorum, infirmos curate, mortuos suscitare, leprosus mundate, demones ejicite. Sic ait Apostolus 2. Corinth. 12. num. 12. Signa Apostolatus mei facta sunt super vos in omni patientia, in signis, & prodigiis, & virtutibus. Et idem ait de ceteris Apostolis, Hebr. 2. num. 3 & 4. Et quod haec signa ad fidem Christi plantandam fuerint necessaria, late docent Tertullianus de Praescript. Haeretic. cap. 10. D. Irenaeus lib. cap. 56. & 57. D. Augustinus lib. 13. contra Faustum, cap. 6 & lib. 22. de Civitate, cap. 8. ubi ait, Miracula fuisse necessaria, ut mundus crederet.

Nec potest dici, ut Pagani dixerunt, & refert Origenes lib. 1. contra ipsum, miracula illa Christi non fuisse vera, sed contra, Judaei quamvis dicerent quod in potestate demonis illa faciebat, nunquam tamen ausi sunt dicere, miracula non fuisse vera: nam verè mortui erant suscitati, caeci videbant, leprosi mundabantur, & esto ex abundantia admittatur, ut praclare argumentatur Divus Augustinus lib. 22. de Civitate, cap. 5. Si per Apostolos Christi, ut eis crederetur, miracula

facta esse non credunt, hoc nobis unum grande miraculum sufficit, quod terrarum orbis sine miraculis credidit. Nullum sane majus miraculum, quam quod fides Crucifixi Christi. 1. Cor. 1. num. 23. sine ullo miraculo, nec prodigio subjecerit, totum orbem, Reges, Principes, Sapientes, & Philosophos, praedicata ac promulgata per homines pauperes, ignobiles, & sine literis, nisi tantum efficacia suae veritatis omnia ad se adducere, nullum sane majus miraculum cogitari potest.

Nec potest dici Christi miracula, vel Apostolorum facta fuisse virtute naturali; nulla virtus naturalis potest mortuum suscitare, caeco a natiuitate dare visum, quod bene, ac optime Philosophi agnoscentes affirmarunt à privatione ad habitum regressum dari non posse; deinde nulla virtus naturalis valet agere in remotum, ac distans, Christus Dominus multa miracula est operatus in subiecta, ac distantia, quibus dedit sanitarum, ac salutem, ut patet in puero Centurionis. Matth. 8. num. 13. In filio Reguli. Joan. 4. n. 50. In filia Chananae. Matth. 15. n. 28. Deinde virtus naturalis utitur medio proportionato ad effectum; at Christus contraria effectibus aliquando adhibuit, ut caeco lutum imposuit ad restitutionem visus Joan. 9. num. 6. lutum autem magis poterat infervire ad privationem, quam ad restitutionem visus. Deinde virtus naturalis agit tempore, & applicato aliquo remedio, at Christus in instanti, & sola voce, & imperio. Adolescens tibi dico surge. Luc. 7. n. 14. Laetare exi foras. Joan. 11. n. 4. ergo sola virtute divina haec fiebant miracula.

Nec potest dici Christi miracula, ac Apostolorum facta fuisse virtute, & industria demonis, ut Judaei blasphemio, & impio ore dixerunt. Matth. 12. num. 24. & etiam Pagani ut inferunt D. Augustinus lib. 22. de Civitate, cap. 8. Origenes lib. 2. contra Celsum, qui magicis artibus Christi miracula tribuebant: nam quamvis demones optime agnoscant rerum naturas occultas, & inde aliqua operentur super naturae vires, quae applicando activa passivis nobis videntur miracula, quo pacto magi Pharaonis aquas veterunt in sanguinem, & alia mirabilia fecerunt. Exod. 7. tali applicatione rerum possunt aliqua infirmitates sanari tamen nulla industria, ac arte demonis possunt fieri aliqua, quae Christus fecit; nulla enim demonis arte fieri potest, ut mortui suscitentur, & quod caecus a natiuitate visum recipiat, quae tamen Christus fecit. Deinde si arte demonis possunt aliqua infirmitates sanari, hoc est applicatione aliquarum rerum, & aliquanti mora, at Christus frequenter miracula operabatur in instanti, & sola voce, & imperio.

Deinde Christus Dominus faciebat in confirmationem suae doctrinae, quae praedicabat, appropinquasse regnum caelorum, se esse verum Messiam, ac filium Dei, se suscitaturus Lazarum. Joan. 11. num. 42. dixit, Pater gratias tibi ago, &c. propter populum, qui circumstant, haec dixi ut credant, quia tu me misisti. Quae etiam doctrina sua Christus docebat omnes beatitudines paupertatis mansuetudinis, puritatis

1. Cor. 1.

18.

Matth. 8. Joan. 4. Matth. 13.

Joan.

Luc. 7. Joan. 11.

Matth. 12.

19.

20.

Joan. 11.

Luc. 11.

Luc. 14. Marc. 16.

21.

Theodot.

D. Gregor.

Exod. 4.

Exod. 7.

Judic. 6.

4. Reg.

4. Reg. 20.

23.

puritatis, humilitatis, omnesque virtutes, ac iustitias, quibus omne regnum diaboli, omneque ejus insidias, ac machinationes destruantur, ac dissipantur. Nunquid Satanas in se ipsum divisus est, quomodo stabit regnum ejus Luc. 11. num. 17. Quomodo fieri poterit quod diabolus faciat miracula ad confirmandam doctrinam, in sui ruinam, ac desolationem, ergo Christi miracula, Apostolorum, ac discipulorum ejus solum erant facta divina virtute, ad plantandam sanctam Christi fidem, ad salutem animarum, ac destructionem diaboli, hanc plenariam potestatem ad confirmationem fidei dedit Christus Dominus suis Apostolis ac eorum nomine Praedicatoribus Evangelicis, ut jam dixi supra in hac quaest. num. 16. & patet ex multis aliis locis. Luc. 14. n. 1. Marc. 16. n. 17.

Secundò, sunt etiam miracula à Deo in salutem, & bonum servorum suorum, & ut etiam iniqui, & mali per ea puniantur. Sic & tot signa, ac prodigia in Aegypto, ut habes à cap. 7. & deinceps in bonum, & salutem Israël à Deo facta sunt. Et ut etiam per illa obduratio, ac iniquitas Pharaonis, ac Aegyptiorum puniretur, ut notat Theodoretus ad c. 7. Exodi vers. 11. ad illa verba: devoravit virga Aaron sic ait ille, Mutabam illi, scilicet Magi, Virgas, in serpentes, sed virga Moysi in sanguinem sed sanguinem in priorem naturam reducere non poterant: produxerunt illi ranas, sed molestias, & incommoda ranarum Aegyptiis, auferre non poterant, sicut fecit Moyses. Concessit itaque Deus magis talia facere, ut etiam per ipsos castigaret Aegyptios: non tamen concessit eis, ut illatam plagam auferre possent, non ergo fuit contentus Deus plagis à Moysse illatis, sed etiam per Magos adauxit, ac si Regi diceretur, quia puniri te delectat, tuorum etiam servorum opera & te castigabo, & gravius plebam.

Tertiò, sunt etiam à Deo ad confirmationem alicujus virtutis, seu rei missa ab eo, sic ait Divus Gregorius lib. 27. Moral. cap. 8. Miracula sunt in defectum probationis, & sunt auxilium humanae rationis, ut mens nostra assentiat alicui veritati, & ideo miracula sunt saepe ad diversas veritates confirmandas, sic ut filii Israël crederent Moysen à Deo missum ad eorum libertatem, dat Deus ei potestatem ad faciendam multa miracula. Exod. 4. à num. 1. ut Pharaon, & Aegyptii agnoscerent Moysen à Deo missum, ut educeret populum de eorum potestate, dat Deus ei amplam facultatem ad multa prodigia edenda Exod. 7. à num. 3. Sic Gedeoni, ut certus fieret de victoria consequenda, dat Deus multa signa in vellere. Judic. 6. num. 36. Ad confirmationem, quod Elias erat vir Dei, & partes Dei agebat, descendit ignis de caelo, 4. Regum 1. num. 10. sic & in signum salutis Regis Ezechiae, datur ei regressus solis, 4. Reg. cap. 20. num. 10.

Quartò, saepe Dei potentia operantur miracula ad honorandos, ac nobilitandos servos suos. Postquam Parens meus Sanctus Elias suscitavit filium mulieris Sareothanae, ait ipsa ad illum, Nunc in isto cognovi, quoniam vir Dei es tu, 3. Reg. 17. num. 24. nam etiam mulier Sareothana.

liter antea habuisset magnam opinionem de sanctitate Eliae, tamen per hoc miraculum, quod Deus per ipsum est operatus, in multo majori estimatione est habitus: ait ibi Abulensis quaest. 38. ut cum mulier reputaret, tanquam maximum omnium Prophetarum. Et ut ipse Deus ait: Quicumque glorificaverit me, glorificabo eum, 1. Regum 2. num. 30. Chaldaeus legit, sicut & Hebraeus, Honorantes me honorabo. Sanctus Sixtus Papa epistola de malis Doctoribus, qui honorificaverint me honorificabo eos. Quae verba tractans D. Paschal. lib. 9. in Matth. ait: Quicumque glorificaverit me suis operibus glorificabo eum meis donis. Dominus Deus multum abundans in misericordia, ac miseratione, qui cum honorant, ac glorificant suis operibus, virtutibus, ac meritis, doctrina etiam, & praedicatione eum ipse honorat, ac glorificat suis donis divinae gratiae sanctificantis, & etiam gratiarum, ac miraculorum, ut luceant eorum opera coram hominibus, ut glorificent Patrem, qui est in caelis, ac etiam ipsos ministris, per quos dignatus est tot, & tanta mirabilia operari.

Abulens.

1. Reg. 2. Chaldaeus. Hebraeus. D. Sixtus.

D. Paschal.

24.

Tridens.

Pro Sacris Imaginibus.

Hac de causa, Deus multa mirabilia, ac miracula operatur per sacras Imagines Christi Domini, Beatissimae Virginis Mariae, ac Sanctorum, quia in ipsis prototypon representatur, ut docet Ecclesia ab ejus exordio, & maxime à 7 Synodo Generali act. 7. & frequenter per omnia Concilia. Et tandem Tridentinum; sess. 25. docent, Imaginibus debitum honorem, & venerationem impertiendam, non quod credatur in eis inesse aliqua Divinitas, propter quam sint colenda, sed quoniam honos, qui eis exhibetur, refert ad prototypa, quae representant quia ut docet Doctorissimus Episcopus Joannes Aechius lib. 2. contra Lutherum. Inde Deus dignatur, multa, & magna mirabilia per sacras Imagines edere, tum ad firmandum cultum, & venerationem eis debitum, ut docet Sancta Ecclesia Catholica; tum etiam ad manifestanda praclarissima merita Christi, Deiparae, ac Sanctorum, cum ob eorum Imagines; ac representationes tot miracula quotidie fiunt; tum ut homines excitentur, ac permoveantur ad ipsas sacras Imagines honorandas, ac venerandas, & sic saepe vidimus ob miracula facta ab aliqua sacra Imagine magna templa aedificari magnaque dona ei offerri, ac multa passim frequentia revereri.

QUESTIO III.

Quomodo vera miracula agnoscenda, & distinguenda sint ab his, quae fiunt virtute & pacto Demonis?

SUMMARIUM.

25 Divina virtute, ac arte Demonis fiunt aliqua similia. Ll 2 26 Sum

- 26 Sum aliqua miracula, qua nullo modo possunt fieri arte Demonis.
- 27 Dæmon facit mira mediis naturalibus adhibitis, Deus vero sua potentia, ac virtute.
- 28 Miracula, qua à Deo veniunt, sunt in bonum nostrum; qua vero à Diabolo, in perniciem, & damnum.
- 29 Miracula Dei sunt per bonos, & sanctos; Diaboli vero per malos, & iniquos.
- 30 Ex fine, ad quem ordinantur, agnoscuntur vera, vel falsa miracula.
- 31 Quod ex ipsius exemplis explicatur, & magis declaratur, motuum ex quo miracula agnoscenda sunt.

25. SOLUS Deus facit, ejusque divina virtute sunt mirabilia, ac miracula, ut jam notavi in exordio prime questionis; tamen arte demonis applicando activa passivis, sunt aliqua, qua oculis nostris videntur mira, & qua quondam similitudinem habent cum ipsis divinis miraculis. Elias sanctissimus deduxit de cælo ignem, 4. Regum. 1. num. 10. & Ecclesiast. 48. num. 3. & de Antichristo dicitur Apocalyp. 13. num. 13. Fecit signa magna, ut etiam ignem saceret de cælo descendere in conspectu hominum. Moyses in Agypto divina virtute convertit aquas in sanguinem. Exod. 7. num. 20. fecerunt & similiter malefici Agyptiorum. ibidem num. 22. Quod etiam similiter dicitur de ranis Cap. 8. num. 6. & 7. Ecce valde similia sunt virtute Dei, & arte demonis, quomodo hæc agnoscenda, & distinguenda sunt, inquit præfens questio.

26. Notandum est, ut jam notavi, & advertunt Michaël de Medina de rebus in Denna fide, cap. 7. Valquez tom. 1. ad tertiam partem disputat. 57. cap. 3 statim in principio. Toletus in cap. 3. Joann. Annotat. 2. Quasdam esse infirmitates, qua arte, & industria demonum possunt curari, conficiendo aliquod medicum ex herbis, vel aliis rebus, quarum naturas, ac qualitates ipse optime agnoscit, & velocissime applicando talia, aliud est miraculum, quod nullo modo potest à dæmone præstari, verbi gratia, mortuum suscitare; nulla enim vis naturalis reducere potest animam à corpore divulsam, ac separatam; ecce quoad mortui suscitationem, quoad alia opera est questio. Ad questionem.

27. Respondetur primò Divus Augustinus lib. 3. de Trinitate, cap. 8. quod dæmones faciunt aliqua dupliciter, qua videntur valde mira, & tanquam miracula, per virtutem causarum naturalium, quas illi optime agnoscunt; hæc vero faciunt vel in apparentia, per sensuum Illusionem, ac deceptionem, qua citò evanescent; vel per applicationem aliquarum rerum, verbi gratia, ad sanandas quasdam infirmitates, ut magi in Agypto incantationibus suis, aquas vertebant in sanguinem, Exod. 7. num. 22. similiter & ranas per incantationes. Exod. 8. num. 7. At qua sunt divinitus, nulla causa naturali adhibita, sed tantum virtute divina, qua superat omnem concursam naturalium, & ita Moyses aquas convertit in sanguinem, sola suarum manuum elevatione, vel etiam ad alia portentia elevata

4. Reg. 1. Ecclesiast. 48.

Apoc. 13.

Exod. 7.

Exod. 8.

26.

Medina. Valquez.

Toletus.

27. D. August.

Exod. 7. Exod. 8.

virga, Sic ait D. August. quest. 79. inter questiones 83. Magi mira faciunt per privata commercia cum Dæmone: Sancti vero faciunt publica administratione, & jussu eius cui omnis creatura subiecta est.

28. Secundò, Miracula qua sunt à Deo, sunt in bonum nostrum sive spirituale sive corporale; qua vero veniunt à Diabolo, utramque damnata secum afferunt; miracula, qua Christus Dominus faciebat, eos, quos corpore sanabat & etiam anima illuminabat, ut patet in cæco à nativitate, quem Christus sanavit, qui inveniens Christum in templo precipiens ipsum adoravit, confitens eum verum Deum. Joan. 9. num. 38. & ut ibi dixi, ita communiter docent Sancti patres. Noster D. Cyrillus Alexandrinus, D. Augustinus, D. Hieron. & alii, ea, qua sunt à Dæmone, tendunt in damnum nostrum. Veniat iterum Theodoretus datus superiori questione. Magi mactabant aquam in sanguinem, sed sanguinem in priorem naturam reducere non poterant; praxerunt illi ranas, sed molestiam, & incommoda ranarum Agyptiis auferre non poterant, sicut fecit Moyses; concessit itaque Deus; Magis talia facere, ut etiam per ipsos castigaret Agyptios, non tamen concessit illis ut illam plagam auferre possent. Considera latum discrimen inter ea, qua sunt virtute Dei ac arte Dæmonis, Moyses convertit aquas in sanguinem, sed in subsidium Agyptiorum, reducit in propriam naturam, & contra Magi convertunt aquas in sanguinem, ut Agyptios affligant, sed ab hac molestia eos non valent liberare; & Diabolus instigavit Magos, ut aquas sanguineas, & ranas facerent, ut cor Pharaonis magis esset obduratum, ac inobediens Deo.

29. Tertio Arnobus lib. 1. adversus gentes, ait quod miracula sunt agnoscenda per suos Authores, ac proinde qua faciunt viri fideles, probi, iusti, ac Sancti facta sunt Dei virtute; qua vero faciunt improbi flagitiosi, ac sæpe malefici sunt falsa, & arte dæmonis conficta; tamen Deus aliquando, & valde rarissime intervenit malorum, facit aliqua miracula ad eorum iniquorum majorem confusionem, vel ad majoris veritatis confirmationem, ut videmus in Balaam, Numer. 22. p. 23. & Numer. 24. num. 27. Proindeque si per istos malos Deus facit aliquod miraculum est in confirmationem veritatis, nunquam vero falsitatis, quia à ias Deus cooperaretur mendacio, & esse testis illius quod est omnino impossibile, ut docet D. August. lib. de utilitate credendi, cap. 6. & latius D. Thomas 3. p. q. 43. & q. 44. & Canisius lib. 5. de Deipara, cap. 15. & Bellarm. lib. 4. de Notis Ecclesie, cap. 14. & satis diffusè Bossius lib. 1. cap. 3. 4. & 5.

30. Quarto dico quod sentio, & hoc discursu explico, quod sæpe in probatione miraculorum sacrarum imaginum usus sum; miracula, qua sunt virtute divina in eo maxime agnoscuntur distincta ab his, qua sunt arte Dæmonis ex fine ad quem ordinantur, ea enim qua tendunt ad gloriam, ac honorem Dei, & Sanctorum, bonum Ecclesie, & adificationem fidelium, hæc à solo Deo veniunt; ea vero qua à flagitiosa, iniqua, inordinata, ac vana intendunt, impossibile est, quod à Deo veniant, sed tantum à Diabolo nascuntur; Sic

Joan. 9. D. Cinll. D. August. D. Hieron. D. August. Theodor.

29.

Numer. 22. Numer. 24.

D. August. D. Thom. Canisius. Bellarm. Bossius.

30.

Sic ait D. August. cit. q. 79. inter questiones 79. Magi faciunt, qua videntur miracula, quærentes gloriam suam; Sancti vero faciunt miracula quærentes gloriam Dei.

31. Itaque illa, qua nos convertunt ad Deum, & avertunt à mundo, à solo Deo sunt, ea vero qua nos avertunt à Deo, & convertunt ad mundum, ac Diabolum, ab ipso Diabolo sunt quod in propositis exemplis sit manifestum. Parens Elias, & Antichristus deducunt ignem de cælo. Elias eo fine ut solum verus Deus creator cæli, & terræ, adoretur ut verus Deus, non vero Baal idolum, Deus falsus in hominum deceptionem, & hoc proveniebat à solo Deo. E contra Antichristus deducet ignem de cælo in terram, ut ipse qui est filius perditionis, adoretur & sedeat in templo, tanquam Deus, ut ait Paulus ad Thessalonios, & non adoretur Jesus Christus unigenitus filius Dei, hoc tantum solius Diaboli est machinamentum. Deinde Moyses faciebat prodigia in Agypto, ut Dei mandata obtemperaret. Dicit Dominus dimittite populum. Et magi faciebant, ut & contemnerentur; inde hoc opus diaboli erat illud verò Dei omnipotentis.

QUESTIO IV.

De miraculis, qua sunt per sacras imagines, quomodo ut vera agnoscenda?

SUMMARIUM.

- 32 Miracula, qua sunt per sacras imagines, inde ut vera agnoscenda ex his, qua à tali miraculo veniunt, ac resultant.
- 33 Diabolus non potest velle confirmare cultum imaginum per miracula.
- 34 Ex sacris imaginibus multum proficiunt Christiani in spiritualibus, & inde coneritur caput Diaboli.
- 35 Satanus se transformat in Angelum lucis suis operibus decipitur, ac etiam Dei virtute.
- 36 Quod multis exemplis confirmatur.
- 37 In dubio an sit miraculum pro non miraculo judicandum.

32. EX his, qua proxime dixi in fine superioris questionis, patet quomodo vera miracula, qua sæpe sunt per sacras imagines agnoscenda sunt, ab his, qua sunt industria, ac arte dæmonis: in his enim miraculis maxime considerandum, quod ex his provenit, ac sequitur, & frequenter multiplex virtutum actus, fides scilicet, qua creditur Dei potentia; spes, qua per hanc sacram imaginem malorum Donorum à Deo fiduciam concipimus; charitatis, quia tali miraculo multum excitatur ad diligendum Deum, & etiam ad venerationem, ac adorationem sacrarum imaginum, ac earum cultum multis donis, ac magnificis muneribus amplificandum; hæc autem omnia, qua tantum conducunt ad honorem Dei, ac suorum servorum, solum à Deo provenire possunt: Omne donum per-

fectum desursum est descendens à Patre lumen. Jacob. 2. num. ut ait Beatus Jacobus in sua Canon. c. 2. num. 17. Talesque virtutum actus nullo modo à Diabolo provenire possunt, ipse enim omnibus suis machinationibus juxta Apostolum ad Ephes. 6. num. 11. insidiatur animabus nostris, ut ab eis valeat eradicare, ac expellere omnem virtutis actum, & plantare omne turpe, & vitiosum; & sic se transformet in Angelum lucis, ex suis operibus, ac etiam ex divina virtute statim agnoscitur, ut dicam questione hac num. 35.

Deinde miracula, qua sunt per sacras imagines ab arte Dæmonis non possunt exiri: nam ut docent Sacra Concilia Generalia. Septima Synodus Aghene 4. Concil. Senonens. in decreto fidei. Concil. Ephesin. Constantinop. & late docent noster Vvalden. tom. 3. de Sacramentalibus, c. 50. cum seqq. & Agobardus Episcopus. lib. de vera Relig. Sancta Ecclesia Catholica à suo exordio sacris imaginibus communi adversario adversatur, quod dupliciter explico; videns Diabolus quantum utilitatem ex sacris imaginibus participant fideles, cum ex earum aspectu maxime rapiantur in Deum, ut statim dicam, inde ipse Diabolus per sua membra Hæreticos nempe tam antiquos, quam modernos, sacras imagines vult ablegare, & expellere. Deus tamen, ut rectè argumentatur Joannes Kchius lib. 3. contra Lutherum, perpetuis, ac perennibus miraculis cultum ipsarum imaginum in sua Ecclesia firmat, ac corroborat; si ergo Deus tantis miraculis destruit machinamentum Diaboli intendentis in damnum fidelium sacras imagines abolete, qua consequentia veniet, quod Diabolus velit etiam miraculis rarum cultum magis munire, ac stabilire, ergo miracula, qua per sacras imagines sunt, non à Diabolo, sed solum à Deo veniunt.

Deinde iterum redeo ad illa verba, Sancta Ecclesia Catholica à suo exordio sacris imaginibus communi adversario adversatur. Quis vellebit explicare, quantum fideles ex aspectu sacrarum imaginum proficiant in Dei cultu, veneratione, ac amore. Quid enim sunt imagines sacre, (ut sæpe dixi & iterum dicam) quam libri expansi ante oculos nostros, qui à nescientibus legere leguntur. Rusticus videns Christum crucifixum inde maxime inflammatur ad diligendum ipsum Deum, & Dominum, qui in tantam illum dilexit, ut pro ejus salute mortis subiret tormentum. Item videns D. Franciscum nudis pedibus, sacco indatum, inde haurit documenta suæ salutis, & qua via eundem est in celum. Præclare D. Gregorius Mag. lib. 9. epistol. 9. ait, Quod legentibus, Scriptura, hoc præstat idotis pictura. Unde Divus Gregorius Nyssenus Orat. in pariete loqui maximeque prodesse. Nam et si pictura mortua sit, vivos tamen in nobis generat affectus amoris, devotionis, ac compunctionis videntibus ad vivum effigiata seu depicta mysteria vitæ, & mortis Christi ut inde in largum lacrymarum imbrem nos defendamus; nam ut dicitur, uno cor dolet, cum oculus videt; si ergo sacre imagines tam magnum fructum spirituale in nobis generant, quomodo fieri potest, ut Diabolus insidiator animarum nostrarum, qui in nobis intendit extinguere omne bonum spirituale, miraculis ad scaras?

33. Sept. Synod. Senonens.

Vvalden. Agobard.

Joan. Kch.

34.

D. Gregor. Mag. D. Nyss.